AMBROSIUS MEDIOLANENSIS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 38r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36493
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



renis cupiditatib; adhererem. ideoq; ait. Et meditabar in mandatis
tuis. quę dilexi nimis. Et leuaui manus meas ad mandata tua
quę dilexi nimis. & exercebar in iustificationib; tuis. Pulcherrimus
ordo iste. ut primo meditem. & eorū preceptorū quę diligam. sit nobis
assueta meditatio. Meditatione enim mandatorū celestium opis boni
usus inolescit. Nam sicut meditationis ubertas finis memoria est. ut quę
meditam ubertatem. sic meditationis preceptorū celestium intentio finis
operatio est. atq; directa ad implenda precepta diuina. quę nemo diligat
implere non potest. nec solum diligat. sed etiam nimium diligat. Ideo pri
posuit. & meditabar in mandatis tuis quę dilexi nimis. & subiecit.
& leuaui manum meam ad mandata tua. quę dilexi nimis. Post medi
tationem enim bonum est leuare actus nostros ad precepta dei. atq; id facere
cum caritate. et cum gaudio. ut non ex necessitate sit bonum nostrum. non cum me
rore atq; mestitia sed uoluntarium. qua seruus inuitus facit. amicus uo
luntarius. Nos autem studeamus. ut dicat nobis. Iam non dicam uos seruos sed
amicos. qua quasi amici dei mandatum dei ex uoluntate fecistis. Qui
autem meditat & diligit. & actus suos leuat ut faciat quę placent
deo. is deinde non negligere. nec transcurrere mandata diuina sed exer
cere. immorari plurimum. iustificationes dei crebro reuoluens
sollicitę mens affectu. Incipit litta vii. secundum hebreos Zaiut
Zain. Significat latine ducere. alibi significat huc.
Quid sibi uelit ista impretatio non satis liquet. nam forte ut
unusquisq; se regat. & ipse sui ductor sit. ut huc idem quo
litto bui uersiculi uocant dirigat iter. Meritoq; in primo statim usu
requiem sua postulat. quia ipse litterę septimus numerus est quietis.
Quę autem maior requies quam ut in uerbo dei requiescat. atq; ei se gra
& consolatione demulceat.
Memento inquit domine ubi tui seruo tuo. in quo mihi spem dedisti.
Verbum dei directos nos atq; depressos. ad celestem gloriam quo uocauit
ut desideremus eternitatem. despiciamus presentia. temporalia incu
riosi futura & inuisibilia requiramus. Vocat enim nos ad se dei ver
bum. sicut habes septimum. Venite ad me omnes qui laborati estis. & onera
ti estis. & ego. r. u. Ideoq; sequamur uocantem dominum iesum. ut a
seculis ad perpetua transeamus. nosq; ipsos regere noueritis. Ergo
dicit quo sepe responsis erat inuitatus celestibus. quib; remuneratio
nem fidei meritorum sperat. forte sic habes septimum dicente deo p
nathan prophetam. Accepite de ouili & uno grege. ut sis in principem